

**47. PAULUS libro XI. ad Sabinum.**—Si hominem emtum manumisisti, et redhibitoriam, et quanti minoris denegandam tibi Labeo ait, sicut duplae actio periret; ergo et quod adversus dictum promissumve sit, actio peribit.

§ 1.—Post mortem autem hominis aediliciae actiones manent,

**48. POMPONIUS libro XXIII. ad Sabinum.**—si tamen sine culpa actoris, familiaeve eius, vel procuratoris mortuus sit.

§ 1.—Audiendus est is, qui de vitio vel morbo servi querens retinere eum velit.

§ 2.—Non nocebit emtori, si sex mensium exceptione redhibitoria exclusus velit intra annum aestimatoria agere.

§ 3.—Ei, qui servum vinctum vendiderit, aedilicium Edictum remitti aequum est; multo enim amplius est id facere, quam pronuntiare, in vinculis fuisse.

§ 4.—In aediliciis actionibus exceptionem opponi aequum est, si emtor sciret de fuga, aut vinculis, aut ceteris rebus similibus, ut venditor absolvatur.

§ 5.—Aediliciae actiones et heredi, et in heredem competunt, ut tamen et facta heredum, quae postea accesserint, et quod experiri (1) potuerint, quaerantur.

§ 6.—Non solum de mancipliis, sed de omni animali hae actiones competunt, ita ut, etiam si usumfructum in homine emerim, competere debeant.

§ 7.—Quum redhibitoria actione de sanitate agitur, permittendum est de uno vitio agere, et praedicere, ut, si quid aliud postea apparuisset, de eo iterum ageretur.

§ 8.—Simpliarum (2) venditionum causa ne sit redhibitio, in usu est.

**49. ULPIANUS libro VIII. Disputationum.**—Etiam in fundo vendito redhibitionem procedere, nequaquam incertum est, veluti si pestilens fundus distractus sit; nam redhibendus erit. Et benignum est dicere, vectigalis exactionem futuri temporis post redhibitionem adversus emtorem cessare.

**50. IULIANUS libro IV. ex Minicio (3).**—Varicosus sanus non est.

**51. AFRICANUS libro VIII. (4) Quaestionum.**—Quum mancipium morbosum vel vitiosum servus emat, et redhibitoria, vel ex emto dominus experietur, omni modo scientiam servi, non domini spectandam esse ait; ut nihil intersit, peculiari, an domini nomine emerit, et certum incertumve mandante eo emerit, quia tunc et illud ex bona fide est, servum, cum quo negotium sit gestum, deceptum non esse, et rursus delictum eiusdem, quod in contrahendo admiserit, domino nocere debet; sed si servus mandatu domini hominem emerit,

**47. PAULO; Comentarios á Sabino, libro XI.**—Si manumisiste un esclavo comprado, dice Labeon, que se te ha de denegar así la acción redhibitoria, como la del cuanto menos, así como se extinguiría la acción del doble; luego se extinguirá también la acción por lo hecho contra lo que se haya dicho ó prometido.

§ 1.—Mas las acciones edilicias subsisten después de la muerte del esclavo,

**48. POMPONIO; Comentarios á Sabino, libro XXIII.**—si, no obstante, hubiera muerto sin culpa del actor, ó de la familia de este, ó del procurador.

§ 1.—Ha de ser oido el que querellándose de vicio ó enfermedad de un esclavo quiera retenerlo.

§ 2.—No perjudicará al comprador, si excluido de la acción redhibitoria por la excepción de los seis meses quisiera ejercitar dentro del año la estimatoria.

§ 3.—Es justo que se dispense el Edicto de los Ediles al que hubiere vendido un esclavo encadenado; porque es mucho más hacer esto, que declarar que estuvo en prisones.

§ 4.—Es justo que en las acciones edilicias se oponga excepción, si el comprador tuviese conocimiento de la fuga, ó del aprisionamiento, ó de las demás circunstancias semejantes, para que el vendedor sea absuelto.

§ 5.—Las acciones edilicias competen así al heredero, como contra el heredero, con tal que, sin embargo, se investiguen, así los hechos de los herederos, que después se hubieren ejecutado, como lo que hubieren podido reclamar.

§ 6.—Estas acciones competen no solamente por los esclavos, sino por toda clase de animales, de tal suerte, que deban competir, aunque yo hubiere comprado el usufructo sobre el esclavo.

§ 7.—Cuando se ejercite la acción redhibitoria por motivo de sanidad, se ha de permitir ejercitárla por un solo vicio, y prevenir que si después hubiese aparecido algún otro, se ejercitaría nuevamente la acción respecto de él.

§ 8.—Está en uso, que no haya redhibición por causa de ventas que no admitan reclamación sino del simple importe.

**49. ULPIANO; Disputas, libro VIII.**—No es incierto en modo alguno que procede la redhibición aún tratándose de un fundo vendido, por ejemplo, si se hubiera vendido un fundo pestilente; porque deberá ser redhibido. Y es equitativo decir, que después de la redhibición cesa contra el comprador la exacción del tributo del tiempo futuro.

**50. JULIANO; Doctrina de Minicio, libro IV.**—El varicoso no es sano.

**51. AFRICANO; Cuestiones, libro VIII.**—Cuando un esclavo compre otro esclavo enfermo ó defectuoso, y el señor ejercite la acción redhibitoria, ó la de compra, dice que de todos modos se ha de atender al conocimiento del esclavo, no al del señor; de suerte que nada importe, que lo haya comprado con su peculio, ó en nombre del señor, y que por mandato de este haya comprado un esclavo cierto ó indeterminado, porque entonces es también conforme á la buena fé, que el esclavo con quien se haya tratado el negocio no haya sido en-

(1) expedire, *Hat.*

(2) simpularium, *Hat*; simplarium, otros en el mismo.

(3) III. ex Minatio, *Hat.*

(4) III., *Hat.*

quem dominus vitiosum esse sciret, non tenetur venditor.

§ 1.—Circa procuratoris personam, quum quidem ipse scierit, morbosum, vitiosum esse, non dubandum, quin, quamvis ipse domino mandati vel negotiorum gestorum actione sit obstrictus, nihil magis eo nomine agere possit; at quum ipse ignorans, esse vitiosum, mandatu domini, qui id sciret, emerit, et redhibitoria agat, ex persona domini utilem exceptionem ei non putabat opponendam.

52. MARCIANUS *libro IV. Regularum.*—Si fursum domino servus fecerit, non est necesse, hoc in venditione servi praedicere, nec ex hac causa redhibitio est; sed si dixerit, hunc furem non esse, ex illa parte tenebitur, «quod dixit, promisit».

53. JAVOLENUS *libro I. ex Posterioribus Labeonis* (1).—Qui tertiana, aut quartana febi, aut podagra vexarentur, quive comitialem morbum haberent, ne quidem his diebus, quibus morbus vacaret, recte sani dicentur.

54. PAPINIANUS *libro IV. Responsorum.*—Actioni redhibitoriae non est locus, si mancipium bonis conditionibus emitum fuderit, quod ante non fuderat.

55. IDEM *libro XII. Responsorum.*—Quum sex menses utiles, quibus experiundi potestas fuit, redhibitoriae actioni praestantur, (2) non videbitur potestatem experiundi habuisse, qui vitium iugitivum latens ignoravit; non idcirco tamen dissolutam ignorationem emtoris excusari (3) oportebit.

56. PAULUS *libro I. (4) Quaestionum.*—Latinus Largus: quaero, an fideiussori emtionis (5) redhiberi mancipium possit? Respondi, si in universam causam fideiussor sit acceptus, putat Marcellus, posse et (6) fideiussori redhiberi.

57. IDEM *libro V. Quaestionum.*—Si servus mancipium emit, et dominus redhibitoria agat, non aliter ei venditor datus est, quam si omnia praestiterit, quae huic actioni continentur, et quidem solida, non peculiostenus: nam et si ex emto dominus agat, nisi pretium totum solverit, nihil consequitur.

§ 1.—Quodsi servus vel filius vendiderit, redhibitoria in peculium competit; in peculio autem et causa redhibitionis continebitur; nec nos moveat, quod, antequam reddatur servus, non est in peculio, non enim potest esse in peculio servus, qui adhuc emtoris est, sed causa ipsius redhibitionis in peculio computatur. Igitur si servus decem mil-

gañado, y de aquí que la falta del mismo, que hubiere cometido al contratar, debe perjudicar al dueño; pero si el esclavo hubiere comprado por mandato de su señor un esclavo, que el señor supiese que tenía vicio, no se obliga el vendedor.

§ 1.—Respecto a la persona del procurador, habiendo sabido ciertamente este que aquel tenía enfermedad ó vicio, no se ha de dudar que aún cuando él quede obligado á su principal por la acción de mandato, ó por la de gestión de negocios, no puede, sin embargo, ejercitarse la acción por tal motivo; mas cuando ignorando él que tenía vicio, lo hubiere comprado por mandato de su principal, que lo supiese, y ejercitara la acción redhibitoria, no opinaba que se le hubiera de oponer excepción útil derivada de la persona de su principal.

52. MARCIANO; *Reglas, libro IV.*—Si el esclavo hubiere hecho un hurto á su señor, no es necesario manifestar esto en la venta del esclavo, ni por esta causa hay la redhibición; pero si hubiere dicho que este no era ladrón, se obligará en virtud de aquella parte, «por lo que dijo, ó prometió».

53. JAVOLENO; *Doctrina de las Obras póstumas de Labeon, libro I.*—Los que padeczan de calenturas tercianas, ó cuartanas, ó de podagra, ó los que tengan mal caduco, ni aún ciertamente en los días en que les deje libres la enfermedad se dirá con verdad que están sanos.

54. PAPINIANO; *Respuestas, libro IV.*—No há lugar á la acción redhibitoria, si hubiere huido el esclavo comprado con buenas condiciones, que antes no había huido.

55. EL MISMO; *Respuestas, libro XII.*—Puesto que se conceden seis meses útiles para la acción redhibitoria, durante los que hubo la facultad de ejercitárla, no parecerá que tuvo la facultad de ejercitárla el que ignoró el vicio oculto del fugitivo; mas no por esto deberá excusarse la injustificada ignorancia del comprador.

56. PAULO; *Cuestiones, libro I.*—Dice Latino Largo: pregunto, ¿podrá ser redhibido un esclavo al fiador de la compra? Respondi, que si el fiador hubiera sido admitido para todo el negocio, opina Marcelo, que puede hacerse la redhibición también al fiador.

57. EL MISMO; *Cuestiones, libro V.*—Si un esclavo compró otro esclavo, y el señor ejercitara la acción redhibitoria, el vendedor no se lo ha de entregar de otro modo, que si hubiere cumplido todo lo que se comprende en esta acción, y ciertamente por entero, y no hasta el límite del peculio; porque también si el señor ejercitara la acción de compra no consigue nada, si no hubiere pagado todo el precio.

§ 1.—Pero si lo hubiere vendido un esclavo ó un hijo, compete la acción redhibitoria contra el peculio; más en el peculio se contendrá también la causa de la redhibición; y no nos mueva, que antes que sea devuelto el esclavo no está en el peculio, porque no puede estar en el peculio el esclavo, que es todavía del comprador, pero la causa de la mis-

(1) libro II. ἐπιτολῶν, Hal.

(2) licet, inserta Hal.

(3) Según nuestra conjectura; excusari, el códice Fl.

(4) III., Hal.

(5) emtionis, omitela Hal.

(6) Hal. Vulg.; ei, el códice Fl.

libus emis quinque millibus sit, haec quoque in peculio esse dicemus. Hoc ita, si nihil domino debeat, aut ad eum peculium non est; quodsi plus domino debeat, eveniet, ut hominem praestet, et nihil consequatur.

**58. IDEM libro V. Responsorum.**—Quaero, an si servus apud emtorem fugit, et in causa redhibitionis esse pronuntiatus fuerit, non prius venditori restituvi debeat, quam rerum ablatarum a servo aestimationem praestiterit. Paulus respondit, venditorem cogendum non tantum pretium servi restituere, sed etiam rerum ablatarum aestimationem, nisi si pro his paratus sit, servum noxae nomine relinquere.

§ 1.—Item quaero, si nolit aestimationem et pretia rerum restituere, an servus retinendus (1) sit, et danda sit actio de peculio, vel de pretio redhibiti servi ex duplae stipulatione. Paulus respondit, de pretio servi repetendo competere actionem etiam ex duplae stipulatione. De rebus per furtum ablatis iam responsum est.

§ 2.—Servum dupla emi, qui rebus ablatis fugit, mox inventus praesentibus honestis viris interrogatus, an et in domo venditoris fugisset, respondit, fugisse; quaero, an standum sit responso servi? Paulus respondit: si et alia indicia prioris fugae non deficiunt, tunc etiam servi responso credendum est.

**59. ULPIANUS libro LXXIV. (2) ad Edictum.**—Quum in ea causa est venditum mancipium, ut redhiberi debeat, iniquum est, venditorem pretium redhibendae rei consequi.

§ 1.—Si quis duos homines uno pretio emerit, et alter in ea causa est, ut redhibeat, deinde petatur pretium totum, exceptio erit obicienda; si tamen pars pretii petatur, magis dicetur, non nocere exceptionem, nisi forte ea sit causa, in qua propter alterius vitium utrumque mancipium redhibendum sit.

**60. PAULUS libro LXIX. (3) ad Edictum.**—Facta redhibitione omnia in integrum restituuntur, perinde ac si neque emtio, neque venditio intercessit.

**61. ULPIANUS libro LXXX. (4) ad Edictum.**—Quoties de servitute agitur, victus tantum debet praestare, quanti minoris emisset emtor, si sciisset hanc servitutem impositam.

**62. MODESTINUS libro VIII. Differentiarum.**—Ad res donatas Edictum Aedilium currulum non pertinere dicendum est; etenim quid se restitutrum donator repromittit, quando nullum pretium

ma redhibición se computa en el peculio. Así pues, si el esclavo comprado por diez mil valiera cinco mil, diremos que también estos están en el peculio. Esto así, si no debiera nada al señor, ó si no se le quitó el peculio; porque si debiera más al señor, sucederá, que entregará el esclavo, y no obtendrá nada.

**58. EL MISMO; Respuestas, libro V.**—Pregunto, si el esclavo que estaba en poder del comprador huyó, y se hubiere declarado que estaba comprendido en caso de redhibición, no deberá ser restituido al vendedor antes que hubiere satisfecho la estimación de las cosas quitadas por el esclavo. Paulo respondió, que el vendedor ha de ser obligado á restituir no solamente el precio del esclavo, sino también la estimación de las cosas quitadas, salvo si por estas estuviera dispuesto á abandonar el esclavo por razón de la noxa.

§ 1.—Asimismo pregunto, si no queriendo restituir la estimación y el precio de las cosas, habrá de ser retenido el esclavo, y se habrá de dar la acción de peculio, ó la del precio del esclavo redhibido, en virtud de la estipulación del duplo. Paulo respondió, que para repetir el precio del esclavo compete acción aun por la estipulación del duplo. En cuanto á las cosas quitadas por hurto, ya se ha respondido.

§ 2.—Bajo la estipulación del duplo compré un esclavo, que huyó habiendo quitado algunas cosas, y hallado después é interrogado en presencia de hombres probos, si también había huido de la casa del vendedor, respondió que había huido; pregunto, ¿se habrá de estar á la respuesta del esclavo? Paulo respondió: si tampoco faltan otros indicios de la primera fuga, también entonces se ha de dar crédito á la respuesta del esclavo.

**59. ULPIANO; Comentarios al Edicto, libro LXXIV.**—Cuando el esclavo vendido se halla en el caso de que deba ser redhibido, es injusto que el vendedor obtenga el precio de la cosa que haya de ser redhibida.

§ 1.—Si alguien hubiere comprado por un sólo precio dos esclavos, y uno se halla en el caso de ser redhibido, y después se pidiera todo el precio, se habrá de oponer excepción; mas si se pidiera parte del precio, mas bien se dirá que no perjudica la excepción, á no ser acaso que tal sea la causa, que en ella por el vicio de uno se hayan de redhibir ambos esclavos.

**60. PAULO; Comentarios al Edicto, libro LXIX.**—Hecha la redhibición se devuelve todo por completo, lo mismo que si no hubiera mediado ni compra, ni venta.

**61. ULPIANO; Comentarios al Edicto, libro LXXX.**—Siempre que se trata de servidumbre, el vencido debe responder tan sólo de cuanto por menos habría comprado el comprador, si hubiese sabido que había impuesta esta servidumbre.

**62. MODESTINO; Diferencias, libro VIII.**—Se ha de decir, que el Edicto de los Ediles Curules no tiene aplicación á las cosas donadas; porque ¿qué cosa promete el donador, que haya él de restituir,

(1) Taur. según la escritura original; restituendus, según corrección del código Fl., Br.; restituendus aut retinendus, la Vulg.

(2) XXII., Hal.

(3) XLVIII., Hal.

(4) XXVIII., Hal.

interveniat? Quid ergo, si res ab eo, cui donata est, melior facta sit, numquid quanti eius, qui meliore fecit, interest, donator conveniatur? Quod minime dicendum est, ne eo casu liberalitatis suae donator poenam patiatur; itaque si qua res doneatur, necesse non erit ea repromittere (1), quae in rebus venalibus Aediles repromitti iubent; sane de dolo donator obligare se et debet, et solet, ne, quod benigne contulerit, fraudis consilio revocet.

**63. ULPIANUS libro I. (2) ad Edictum Aeditium currulum.**—Sciendum est, ad venditiones solas hoc Edictum pertinere, non tantum mancipientium, verum ceterarum quoque rerum. Cur autem de locationibus nihil edicatur, mirum videbatur; haec tamen ratio redditur, vel quia nunquam istorum de hac re fuerat iurisdictio, vel quia non similiter locationes, ut venditiones, fiunt.

**64. POMPONIUS libro XVII. Epistolarum (3).**—Labeo scribit, si uno pretio plures servos emisti, et de uno agere velis, in aestimatione (4) servorum proinde fieri debere, atque (5) fieret in aestimatione (6) bonitatis agri, quam ob evictam partem fundi agri.

§ 1.—Idem ait, si uno pretio plures servos vendidisti, sanosque esse promisisti, et pars duntaxat eorum minus sana sit, de omnibus adversus dictum, promissum recte agi (7).

§ 2.—Ibidem ait, errare et fugere iumentum posse, nec tamen erronem aut fugitivum esse, agi posse.

**65. VENULEIUS libro V. Actionum.**—Animi potius, quam corporis vitium est, veluti si ludos assidue velit spectare, aut tabulas pietas studiose intueatur, sive etiam mendax, aut similibus vitiis teneatur.

§ 1.—Quoties morbus santicus nominatur, eum significari Cassius ait, qui noceat; nocere autem intelligi, qui perpetuus est, non qui tempore finiatur; sed morbum santicum eum videri, qui incidet in hominem, postquam is natus sit, santes enim nocentes dici.

§ 2.—Servus tam veterator, quam novicius dici potest; sed veteratorem non spatio serviendi, sed genere et causa aestimandum, Caelius ait; nam quicunque ex venalicio noviciorum emtus alicui ministerio praepositus sit, statim eum veteratorum numero esse, novicium autem non tirocinio animi, sed conditione servitutis intelligi. Nec ad rem pertinentere, latine sciat, necne; nam (8) (nec) ob id veteratorem esse, si liberalibus studiis eruditus sit.

cuando no interviene precio alguno? ¿Qué se dirá, pues, si la cosa hubiera sido mejorada por aquel á quien se donó, acaso que será demandado el donador por quanto le importa al que la mejoró? Lo que de ningún modo ha de decir, para que en este caso el donador no sufra pena por su liberalidad; y así, si se donara alguna cosa, no será necesario prometer lo que respecto á las cosas que se venden mandan los Ediles que se prometan; pero, á la verdad, el donador debe y suele obligarse por el dolo, para que no revoque con fraudulenta intención lo que por benignidad hubiere dado.

**63. ULPIANO; Comentarios al Edicto de los Ediles Curules, libro I.**—Se ha de saber, que este Edicto es aplicable únicamente á las ventas, no tan sólo de esclavos, sino también de las demás cosas. Mas parecía extraño, que nada se dijera en el Edicto respecto á los arrendamientos; pero se dá esta razón, ó porque nunca habían tenido los Ediles jurisdicción sobre esta materia, ó porque los arrendamientos no se hacen del mismo modo que las ventas.

**64. POMPONIO; Epístolas, libro XVII.**—Escribe Labeon, que si por un sólo precio compraste muchos esclavos, y quisieras ejercitar la acción respecto de uno sólo, se debe proceder en la estimación de los esclavos lo mismo que se procedería en la estimación de la bondad de un campo, cuando se ejercite la acción por haberse hecho la evicción de parte del fundo.

§ 1.—Dice el mismo, que si por un sólo precio vendiste muchos esclavos, y prometiste que estaban sanos, y solamente no estuviera sana una parte de ellos, con razón se ejercita la acción respecto á todos por lo hecho contra lo dicho ó prometido.

§ 2.—En el mismo lugar dice, que una caballería puede andar errante y huir, y sin embargo, no se puede ejercitar la acción porque sea errante ó fugitiva.

**65. VENULEYO; Acciones, libro V.**—El vicio es más bien del ánimo que del cuerpo, como si uno quisiera asistir asiduamente á los juegos, ó contemplase con detenimiento los cuadros pintados, ó aún si fuera mentiroso, ó estuviera dominado por otros vicios semejantes.

§ 1.—Siempre que se habla de enfermedad sóntica, dice Cassio que se significa la que es nociva; pero se entiende que es nociva, la que es perpétua, no la que se acaba con el tiempo; mas parece que es enfermedad sóntica la que hubiere recaído sobre un esclavo, después que este haya nacido, porque sontes díscense nocivos.

§ 2.—Un esclavo puede ser llamado, así veterano, como novicio; pero dice Celio, que no debe ser considerado veterano por el tiempo, sino por el género y la causa del servicio; porque cualquiera que comprado en el mercado de novicios haya sido encargado de algún servicio, es comprendido desde luego en el número de los veteranos, y el novicio se entiende que lo es, no por el aprendizaje de su espíritu, sino por la condición de su servidumbre. Y no importa al caso que sepa, ó no, el latín; porque tampoco es veterano por esto, si estuviera instruido en las artes liberales.

(1) in ea re promittere, *Hal.*

(2) Idem libro II., *Hal.*

(3) VII. ἐπιτολῶν, *Hal.*

(4) Según conjectura Br.; interaestimationem, el códice Fl.

(5) *Hal. Vulg.*; ut, inserta el códice Fl.

(6) *Hal. Vulg.*; aestimationem, el códice Fl.

(7) *Taur.*; recte ait, el códice Fl., Br.

(8) nam, omittenla *Hal. Vulg.*

## TIT. II

## DE EVICTIONIBUS ET DUPLAE STIPULATIONE (1)

[Cf. Cod. VIII. 45 (44). 46 (45).]

**1. ULPIANUS libro XXVIII.** (2) *ad Sabinum.*—Sive tota res evincatur, sive pars, habet regressum emtor in venditorem, sed quum pars evincatur, si quidem pro indiviso evincatur, regressus habet pro quantitate evictae partis. Quodsi certus locus sit evictus, non pro indiviso portio fundi, pro bonditate loci erit regressus. Quid enim, si quod fuit in agro pretiosissimum, hoc evictum est, aut quod fuit in agro vilissimum? Aestimabitur loci qualitas, et sic erit regressus.

**2. PAULUS libro V. ad Sabinum.**—Si dupla non promitteretur (3), et eo nomine agetur, dupli condemnandus est reus.

**3. IDEM libro X.** (4) *ad Sabinum.*—Quum in venditione servi peculium semper exceptum esse intelligitur, is homo ex peculio summam quandam secum abstulerat; si propter hanc causam furti cum emtore actum sit, non revertetur (5) emtor ad venditorem ex stipulatione duplae, quia furtis noxisque solutum esse, praestari debet venditionis tempore, haec autem actio postea esse coepit (6).

**4. ULPIANUS libro XXXII. ad Edictum.**—Illud quaeritur, an is, qui mancipium vendidit, debeat fideiussorem ob evictionem dare, quem vulgo auctorem secundum vocant. Et est relatum, non debere, nisi hoc nominatim actum est.

§ 1.—Si impuberis nomine tutor vendiderit, evictione secuta, Papinianus libro tertio Responsorum ait, dari in eum, cuius tutela gesta sit, utilem actionem, sed adiicit, in id demum, quod (7) rationibus eius accepto latum est; sed an in totum, si tutor solvendo non sit, videamus. Quod magis puto, neque enim male contrahitur cum tutoribus.

**5. PAULUS libro XXXIII. ad Edictum.**—Servitor venditor peculium accessorum dixit; si vicarius evictus sit, nihil praestitum venditorem Labeo ait, quia, sive non fuit in peculio, non accesserit, sive fuerit, iniuriam a iudice emtor passus est; aliter atque si nominatim servum accedere dixisset, tunc enim praestare deberet, in peculio eum esse.

**6. GAIUS libro X. ad Edictum provinciale.**—Si fundus venierit, ex consuetudine eius regionis, in qua negotium gestum est, pro evictione caveri oportet.

(1) STIPULATIONIBUS, Vulg.

(2) XXIII., Hal.

(3) repromitteretur, Hal.

(4) XV., Hal.

## TÍTULO II

## DE LAS EVICCIOS Y DE LA ESTIPULACIÓN DEL DUPLO

[Véase Cod. VIII. 45. (44). 46. (45).]

**1. ULPIANO;** *Comentarios á Sabino, libro XXVIII.*—Ya si toda la cosa, ya si parte, fuera objeto de la evicción, el comprador tiene la repetición contra el vendedor, pero cuando sea objeto de la evicción una parte, si ciertamente indivisa fuera objeto de la evicción, tiene la repetición por el cuanto de la parte evincida. Mas si se hubiera hecho evicción de un lugar determinado, no de una porción indivisa del fundo, habrá la repetición por la bondad del lugar. ¿Qué, pues, se dirá, si fué evincido lo que de más precio hubo en el campo, ó lo que en este fué de menos valor? Se estimará la cualidad del lugar, y de este modo habrá la repetición.

**2. PAULO;** *Comentarios á Sabino, libro V.*—Si no se prometiera el duplo, y por este título se ejercitare la acción, el reo ha de ser condenado en el duplo.

**3. EL MISMO;** *Comentarios á Sabino, libro X.*—Como en la venta del esclavo se entiende que siempre se exceptuó el peculio, este esclavo se había llevado consigo cierta suma del peculio; si por esta causa se hubiera ejercitado contra el comprador la acción de hurto, el comprador no tendrá contra el vendedor la repetición por la estipulación del duplo, porque debe responderse al tiempo de la venta de que está exento de hurto y de noxa, pero esta acción habrá comenzado á existir después.

**4. ULPIANO;** *Comentarios al Edicto, libro XXXII.*—Pregúntase si el que vendió un esclavo deberá dar un fiador por la evicción, al que vulgarmente llaman segundo autor. Y se dijo que no debe, si expresamente no se convino esto.

§ 1.—Si el tutor hubiere vendido en nombre de un impúbero, habiéndose seguido evicción, dice Papiniano en el libro tercero de las Respuestas, que contra aquel cuya tutela se administró se dá acción útil, pero añade, que solamente por aquello que en sus cuentas se dió por recibido; mas veamos si por la totalidad, si el tutor no fuera solvente. Lo que tengo por más cierto, porque no se contrata inútilmente con los tutores.

**5. PAULO;** *Comentarios al Edicto, libro XXXIII.*—El vendedor de un esclavo dijo que le acrecería el peculio; si hubiera sido objeto de evicción su vicario, dice Labeon que nada habrá de entregar el vendedor, porque si no estuvo en el peculio no habrá habido accesión, y si estuvo, el comprador sufrió injuria por parte del juez; otra cosa sería, si expresamente hubiese dicho que acrecía el esclavo, porque entonces debería responder de que aquél se hallaba en el peculio.

**6. GAYO;** *Comentarios al Edicto provincial, libro X.*—Si se hubiere vendido un fundo, debe darse caución por la evicción, según la costumbre de aquella región en que se hizo el negocio.

(5) Hal. Vulg.; reverteretur, el código Fl.

(6) Taur. según la escritura original; coepit, según corrección del código Fl.. Br.

(7) ex, inserta la Vulg.

**7. JULIANUS libro XIII.** (1) *Digestorum*.—Qui a pupillo substitutum ei servum emerit, agere cum substituto ex emto potest, et ex stipulatu de evictione, quum neutram earum actionum adversus pupillum habere potuerit.

**8. IDEM libro XV. Digestorum.**—Venditor hominis emtori praestare debet, quanti eius interest hominem venditoris fuisse; quare sive partus ancillae, sive hereditas, quam servus iussu emtoris adierit, evicta fuerit, agi ex emto potest, et sicut obligatus est venditor, ut praestet, licere habere hominem, quem vendidit, ita ea quoque, quae per eum acquiri potuerunt, praestare debet emtori, ut habeat.

**9. PAULUS libro LXXVI. (2) ad Edictum.**—Si vendideris servum mihi Titii, deinde Titius heredem me reliquerit, Sabinus ait, amissam actionem pro evictione, quoniam servus non potest evinci; sed in (3) ex emto actionem (4) decurrentum est.

**10. CELSUS libro XXVII. (5) Digestorum.**—Si quis per fundum, quem cum alio communem haberet, quasi solus dominus eius esset, ius eundi, agendi mihi vendiderit, et cesserit, tenebitur mihi evictionis nomine ceteris non cedentibus.

**11. PAULUS libro VI. Responsorum.**—Lucius Titius praedia in Germania trans Rhenum emit, et partem pretii intulit; quum in residuam quantitatem heres emtoris conveniretur, quaestionem retulit dicens, has possessiones ex praecepto Principali partim distractas, partim veteranis in praemia assignatas; quaero, an huius rei periculum ad venditorem pertinere possit? Paulus respondit, futuros (6) casus evictionis post contractam emtionem (7) ad venditorem non pertinere, et ideo secundum ea, quae proponuntur, pretium praedium peti posse.

§ 1.—Ex his verbis stipulationis duplæ vel simplæ, «eum hominem, quo de agitur, noxa (8) esse solutum», venditorem conveniri non posse propter eas noxas, quae publice coërceri solent.

**12. SCAEVOLA libro II. Responsorum.**—Quidam ex parte dimidia heres institutus universa praedia vendidit, et coheredes pretium acceperunt; evictis his quaero, an coheredes ex emto actione teneantur? Respondi, si coheredes præsentes adfuerunt, nec dissenserunt, videri unumquemque partem suam vendidisse.

**13. PAULUS libro V. ad Sabinum.**—Bonitatis aestimationem faciendam, quum pars evincitur, Proculus recte putabat, quae fuisset venditionis tempore, non quum evinceretur;

**7. JULIANO; Digesto, libro XIII.**—El que hubiere comprado de un pupilo un esclavo sustituido á este, puede ejercitar contra el sustituto la acción de compra, y la de lo estipulado sobre la evicción, puesto que no habrá podido tener ninguna de estas acciones contra el pupilo.

**8. EL MISMO; Digesto, libro XV.**—El vendedor de un esclavo debe responder al comprador de cuanto á este le interesa que el esclavo haya sido del vendedor; por lo cual, si hubiere sido objeto de evicción, ó el parte de una esclava, ó la herencia que el esclavo hubiere adido por mandato del comprador, puede ejercitarse la acción de compra, y así como está obligado el vendedor á responder de que es lícito tener el esclavo que vendió, así también debe responder al comprador de que tendrá lo que por aquel se pudo adquirir.

**9. PAULO; Comentarios al Edicto, libro LXXVI.**—Si me hubieres vendido un esclavo de Ticio, y después Ticio me hubiere dejado heredero, dice Sabino, que se perdió la acción para la evicción, porque no puede ser objeto de evicción el esclavo; pero que se ha de recurrir á la acción de compra.

**10. CELSO; Digesto, libro XXVII.**—Si alguno me hubiere vendido y cedido el derecho de pasar y de conducir por un fundo, que tuviera en común con otro, como si él sólo fuese dueño del mismo, me estará obligado á título de evicción, no haciendo cesión los demás.

**11. PAULO; Respuestas, libro VI.**—Lucio Ticio compró en la Germania, al otro lado del Rin, unos predios, y entregó parte del precio; siendo demandado el heredero del comprador por la restante cantidad, suscitó controversia diciendo que aquellas posesiones habían sido vendidas en parte por mandato del principe, y en parte asignadas en premio á los veteranos; pregunto, ¿podría corresponder al vendedor este quebranto? Paulo respondió, que no pertenecen al vendedor los casos de evicción que puedan ocurrir después de celebrada la compra, y que por lo tanto, según lo que se propone puede pedirse el precio de los predios.

§ 1.—Por estas palabras de la estipulación del duplo ó del simple importe, «que el esclavo de que se trata está exento de noxa», no puede ser demandado el vendedor por causa de aquellas noxas que suelen ser castigadas públicamente.

**12. SCÉVOLA; Respuestas, libro II.**—Uno que fué instituido heredero de la mitad vendió la totalidad de los predios, y sus coherederos recibieron el precio; reivindicados estos, pregunto, ¿estarán obligados los coherederos por la acción de compra? Respondi, que si los coherederos estuvieron presentes, y no disintieron, se considera que cada uno vendió su parte.

**13. PAULO; Comentarios á Sabino, libro V.**—Con razón opinaba Próculo, que cuando es reivindicada una parte, se ha de hacer la estimación de la bondad que hubiese tenido al tiempo de la venta, no cuando fuese reivindicada;

(1) XIV., Hal.

(2) XXXIII., Hal.

(3) Taur. según la escritura original; in, omitela por corrección el código Fl., Br.

(4) Según conjetura Br.; actione, el código Fl.

(5) XXVIII., Hal.

(6) τυχηπαι αιρται, [fortuitae causae], las Bas.

(7) evictionem, Hal.

(8) Hal. Vulg.; noxae, el código Fl.

**14. ULPIANUS libro XVIII.** (1) *ad Edictum.*—non in dimidiam quantitatem pretii;

**15. PAULUS libro V. ad Sabinum.**—sed si quid postea alluvione accessit, tempus, quo accedit, inspiciendum.

§ 1.—Si ususfructus evincatur, pro bonitate fructuum aestimatio facienda est. Sed et si servus evincatur, quanti minoris ob id praedium est, lis aestimanda est.

**16. POMPONIUS libro IX.** (2) *ad Sabinum.*—Evicta re vendita ex emto erit agendum de eo, quod accessit; quemadmodum ea, quae emto fundo nominatim accesserunt, si evicta sint, simplum praestatur (3).

§ 1.—Duplae stipulatio committi dicitur tunc, quum res restituta est petitori, vel damnatus est litis aestimatione, vel possessor ab emtore convenitus absolutus est.

§ 2.—Si servus, cuius nomine duplam stipulati sumus, evictus fuerit a nobis ob id, quod fugitivus, vel sanus non fuerit, an agere nihilominus possimus, quaeritur. Proculus videndum ait, ne hoc quoque intersit, utrum tum evictus sit, quum meus factus non esset, an tum, quum meus factus esset; in eo enim casu, quo meus factus est, statim mea interest, quanto ob id deterior est, et quam actionem semel ex stipulatu habere coepi, eam nec evictione, nec morte, nec manumissione, nec fuga servi, nec ulla simili causa amitti; at si in bonis meis factus non sit, nihil ob ea, quod fugitivus sit, pauperior sim, utpote quum in bonis meis non sit. Quodsi sanum esse, erronem non esse stipulatus essem, tantum mea interesse, quantum ad praesentem usum pertineret, tametsi in obscuro esset; utpote ignorantibus nobis, quamdiu eum habiturus essem, et an futurum esset, ut eum quisquam aut a me, aut ab eo, cui vendidisset, cuive similiter promisissem, evinceret. Summam autem opinionis suae hanc esse, ut tantum ex ea stipulatione consequar, quanti mea intersit, aut post stipulationem interfuerit, eum servum fugitivum non esse.

**17. ULPIANUS libro XXXIX. ad Sabinum.**—Vindicantem venditorem rem, quam ipse vendidit, exceptione dolii posse summoveri, nemini dubium est, quamvis alio iure dominium quaesierit; improbe enim rem a se distractam evincere conatur. Eligere autem emtor potest, utrum rem velit retinere intentione per exceptionem elisa, an potius reablate ex causa stipulationis duplum consequi.

**18. PAULUS libro V. ad Sabinum.**—Sed etsi exceptio omissa sit, aut opposita ea nihilominus

**14. ULPIANO; Comentarios al Edicto, libro XVIII.**—no por la mitad de la cantidad del precio;

**15. PAULO; Comentarios á Sabino, libro V.**—pero que si después acreció algo por aluvion, se ha de atender al tiempo en que acreció.

§ 1.—Si se vindicara el usufructo, se ha de hacer la estimación conforme á la bondad de los frutos. Pero también si se reivindicara un esclavo, se ha de estimar el litigio en cuanto por ello vale menos el predio.

**16. POMPONIO; Comentarios á Sabino, libro IX.**—Reivindicada una cosa vendida, se ejercitará la acción de compra respecto de aquello que acreció; así como si hubieran sido reivindicadas las cosas que expresamente fueron accesorias del fundo comprado, se responde del simple importe.

§ 1.—Dícese que entonces se incurre en la estipulación del duplo, cuando la cosa es restituida al demandante, ó fué condenado en la estimación del litigio, ó fué absuelto, el poseedor demandado por el comprador.

§ 2.—Si el esclavo por razón del que hicimos la estipulación del duplo hubiere sido reivindicado de nosotros, se pregunta, si podríamos no obstante ejercitar acción por esto, porque haya sido fugitivo, ó no hubiere estado sano. Próculo dice, que se ha de ver, no sea que también importe esto, si haya sido reivindicado cuando no se hubiese hecho mío, ó cuando se hubiese hecho mío; porque en este caso, en que se hizo mío, me interesa desde luego cuanto por ello es de menos valor, y la acción que una vez comenzé á tener en virtud de lo estipulado, no se pierde ni por la evicción, ni por la muerte, ni por la manumisión, ni por la fuga del esclavo, ni por alguna causa semejante; pero si no se hubiera hecho parte de mis bienes, en nada me hago más pobre porque sea fugitivo, como quiera que no se halle en mis bienes. Mas si yo hubiese estipulado que estuviera sano, y no fuera vagabundo, me interesa tanto cuanto correspondiese al uso presente, aunque estuviese sin aclarar; como quiera que ignorábamos nosotros hasta cuando lo habría yo de tener, y si sucedería que alguno lo reivindicaría ó de mí, ó de aquel á quien yo se lo hubiese vendido, ó á quien igualmente se lo hubiese prometido. Pero que el resumen de su opinión es esta, que por esta estipulación conseguiré tanto cuanto me importe, ó me hubiere importado después de la estipulación, que aquel esclavo no fuese fugitivo.

**17. ULPIANO; Comentarios á Sabino, libro XXIX.**—No es dudoso para nadie, que el vendedor que reivindica la cosa, que él mismo vendió, puede ser repelido con la excepción de dolo, aunque haya adquirido el dominio por otro título de derecho; porque sin probidad intenta hacer objeto de evicción una cosa vendida por él. Mas el comprador puede elegir si quiere retener la cosa, habiendo repelido la demanda con la excepción, ó si prefiere, despojado de la cosa, obtener el duplo por causa de la estipulación.

**18. PAULO; Comentarios á Sabino, libro V.**—Mas aunque se haya omitido la excepción, ú opues-

(1) XXXII., Hal.  
(2) XIX., Hal.

(3) in simplum praestantur, Hal.

evictus sit, ex duplae quoque stipulatione, vel ex emto potest conveniri.

**19. ULPIANUS libro XXIX. ad Sabinum.**—Sed et si stipulatio nulla fuisset interposita, de ex emto actione idem dicemus.

§ 1.—Si homo liber, qui bona fide serviebat, venerit mihi a Titio, Titiusque eum heredem scriperit quasi liberum, et ipse mihi sui faciat controversiam, ipsum de se obligatum habebo.

**20. POMPONIUS libro X. (1) ad Sabinum.**—Fundum meum obligavi, deinde alienavi tibi; ut eo nomine non obligareris (2), si eum postea aste emam, et satis pro evictione mihi des, excipendum (3) cautione, quod pro me obligatus sit, quia etiam non excepto eo, agendo eo nomine contra te doli mali exceptione possim summoveri.

**21. ULPIANUS libro XXIX. ad Sabinum.**—Si servus venditus decesserit, antequam evincatur, stipulatio non committitur, quia nemo eum evincat, sed factum (4) humanae sortis; de dolo tamen poterit agi, si dolus intercesserit.

§ 1.—Inde Iulianus libro quadragésimo tertio eleganter inquit, duplae stipulationem tunc committi, quoties res ita amittitur, ut eam emtori habere non liceat propter ipsam evictionem.

§ 2.—Et ideo ait, si emtor hominis mota sibi controversia venditorem dederit procuratorem, isque victus litis aestimationem sustulerit, stipulationem duplae non committi, quia nec mandati actionem procurator hic idemque venditor habet, ut ab emtore litis aestimationem consequatur. Quum igitur neque corpus, neque pecunia emtori absit, non oportet committi stipulationem, quamvis, si (5) ipse iudicio accepto victus esset, et litis aestimationem sustulisset, placeat committi stipulationem, ut et ipse Iulianus eodem libro scripsit. Neque enim habere licet eum, cuius si pretium quis non dedisset, ab adversario auferretur; prope enim hunc ex secunda emtione, id est ex litis aestimatione, emtori habere licet, non ex pristina.

§ 3.—Idem Iulianus eodem libro scribit, si lite contestata fugerit homo culpa possessoris, damnatus quidem erit possessor, sed non statim eum ad venditorem regressurum, et ex duplae stipulatio- ne acturum, quia interim non propter evictionem, sed propter fugam ei hominem habere non licet. Plane, inquit, quum apprehenderit possessionem fugitiivi, tunc committi stipulationem Iulianus ait (6); nam et si sine culpa possessoris fugisset, deinde cautionibus interpositis absolutus esset, non alias committeretur stipulatio, quam si apprehensum hominem restituisset; ubi igitur litis aesti-

ta ella haya sido no obstante objeto de evicción, puede ser demandado también por la estipulación del duplo, ó por la acción de compra.

**19. ULPIANO; Comentarios á Sabino, libro XXIX.**—Pero lo mismo diremos respecto de la acción de compra, también si no se hubiese interpuso estipulación alguna.

§ 1.—Si por Ticio me hubiere sido vendido un hombre libre, que de buena fe prestaba servidumbre, y Ticio lo hubiere instituido heredero como libre, y él mismo me promoviera controversia sobre su estado, a él mismo lo tendré obligado por si propio.

**20. POMPONIO; Comentarios á Sabino, libro X.**—Obligué un fundo mio, y después lo enajené para ti, porque que portal motivo no estuvieras obligado, si yo después lo comprara de ti y me dieras fianza de evicción, se ha de exceptuar en la caución, que haya sido obligado por mi interés, porque también, no habiéndose exceptuado esto, podría yo ser repelido con la excepción de dolo malo al ejercitar por tal título la acción contra ti.

**21. ULPIANO; Comentarios á Sabino, libro XXIX.**—Si el esclavo vendido hubiere fallecido antes se hiciera su evicción, no se incurre en la estipulación, porque nadie lo reivindica, sino un hecho de la naturaleza humana; pero podrá ejercitarse la acción de dolo, si hubiere mediado dolo.

§ 1.—Por lo que define discretamente Juliano en el libro cuadragésimo tercero, que entonces se incurre en la estipulación del duplo, cuando de tal modo se pierde la cosa, que al comprador no le sea lícito tenerla por causa de la misma evicción.

§ 2.—Y por esto dice, que si el comprador de un esclavo, habiéndosele movido controversia, hubiere nombrado procurador al vendedor, y vencido este hubiere pagado la estimación del litigio, no se incurre en la estipulación del duplo, porque este procurador, que él mismo fué vendedor, no tiene ni la acción de mandato, para conseguir del comprador la estimación del litigio. Así pues, no faltándole al comprador ni la cosa, ni el precio, no debe incurrirse en la estipulación, aunque si aceptado el juicio hubiese él mismo sido vencido, y hubiera pagado la estimación del litigio, parezca bien que se incurra en la estipulación, como también el mismo Juliano escribió en el mismo libro. Porque no es lícito tener á aquel que sería quitado por el adversario, si alguien no hubiese dado su precio; pues al comprador le es lícito tener á este como por una segunda compra, esto es, por la estimación del litigio, no en virtud de la primera.

§ 3.—Escribe el mismo Juliano en el propio libro, que si, contestada la demanda, hubiere huido el esclavo por culpa del poseedor, ciertamente será condenado el poseedor, pero desde luego no se dirigirá contra el vendedor, ni ejercitara la acción de la estipulación del duplo, porque en este intervalo no le es lícito tener el esclavo, no por causa de la evicción, sino por la fuga. A la verdad, dice, cuando haya recobrado la posesión del fugitivo, entonces dice Juliano que se incurre en la estipulación; porque también si hubiese huido sin culpa del poseedor, y después hubiese sido absuelto ha-

(1) XIX., Hal.

(2) Hal.; obligaveris, el códice Fl.

(3) est a, inserta Hal.

(4) fatum, Hal. Vulg.

(5) emtor, inserta la Vulg.

(6) Iulianus ait, omitelas Hal.

mationem obtulit, sufficit apprehendere, ubi cavit, non prius, nisi restituerit.

**22. POMPONIUS libro I. ex Plautio (1).**—Si pro re pupilli, quam emit, litis aestimationem tutor non ex pecunia pupilli, sed ex suo praestiterit, stipulatio de evictione pupillo adversus venditorem committitur.

§ 1.—Si pro evictione fundi, quem emit mulier, satis accepisset, et eundem fundum in dotem dedit, deinde aliquis eum a marito per iudicium abstulisset, potest mulier statim agere adversus fideiussores emtionis nomine, quasi minorem dotem habere coepisset, vel etiam nullam, si tantum maritus obtulisset, quanti fundus esset..

**23. ULPIANUS libro XXIX. ad Sabinum.**—Sed et si post mortem mulieris evincatur, regressus erit ad duplae stipulationem; quia ex promissione maritus adversus heredes mulieris agere potest, et ipsi ex stipulatu agere possunt.

**24. AFRICANUS libro VI. Quaestionum.**—Non tamen ei consequens esse, ut, etsi ipsi domino nuptura in dotem eum dederit, committi stipulacionem dicamus, quamvis aequa indotata mulier futura sit, quoniam quidem etiam verum sit, habere ei non licere servum, illud tamen verum non sit, iudicio eum evictum esse; ex emto tamen contra venditorem mulier habet actionem.

**25. ULPIANUS libro XXIX. (2) ad Sabinum.**—Si servum, cuius nomine duplam stipulatus sis, manumiseris, nihil ex stipulatione consequi possis, quia non evincitur, quominus habere tibi liceat, quem ipse ante voluntate tua perdideris.

**26. PAULUS libro V. (3) ad Sabinum.**—Sed hoc nomine, quod libertum quis non habeat, ex vendito actionem habet, si scierit venditor, alienum se vendere. Sed et si ex causa fideicommissi emtor coactus fuerit eum manumittere, ex emto actionem habebit.

**27. POMPONIUS libro XI. ad Sabinum.**—Hoc iure utimur, ut exceptiones ex persona, emtoris obiectae si obstant, venditor ei non teneatur, si vero ad personam venditoris respiciant (4), contra; certe nec ex emto, nec ex stipulatione duplae, nec simplae actio competit emtori, si exceptio ei ex facto ipsius opposita obstiterit;

biéndose interpuesto cauciones, no se incuraría en la estipulación de otro modo, que si hubiese restituido el esclavo recuperado; así pues, cuando ofreció la estimación del litigio, basta que lo recobre, y cuando dió caución, no, si antes no lo hubiere restituido.

